



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

6 An mandatum speciale requiratur ad restitutionem in integrum
petendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

tio concedenda, nam & hæc collectio infirma, & fragilis, ex pluribus, & præsertim quod minor habet legitimam personam standi in iudicio, etiam sine curatore, maiorque censetur quo ad iudicium possessorium quod is proponere veliti licet absque curatore nequeat reconueniri, text. singular. ex intellectu gloss. Bartol. & Docto. in lylr. C. qui legi. pers. stan. in iudicio hab. Panor. in c. cum dilectus, col. 3. de arbit. Et tamen minor agens interdico possessorio, restitutionis in integrum auxilium habet, si in iudicio læsus fuerit, gloss. Bartol. Bald. & alii in l. unica, C. si de moment. poss. tal. in l. 1. n. 10. ff. de iurisd. et omn. iudic. pulchre Alexan. cons. 80. lib. 7. Ex quo inferitur vera interpretatio ad textum in cap. ult. de iudi. in 6. vbi cautū est. in spiritualibus posse mihiorem annis 25. vti maiorem in iudicio agere, etiam sine curatore: vt tandem restitutio in integrum ei accommodanda sit, ac concedenda, si in eodem iudicio læsio contigerit, quod ex prædictis apertissima ratione comprobatur. Sic & Ecclesia licet agere possit in iudicio, restitutionis tamen beneficium sæpillime consequitur: cap. 1. & 2. de in integr. restit. qua ratione Panor. in d. c. ex parte. nu. 16. hæc argumentationem dissoluit.

Rursus nec tertia ratio obstat, quippe quæ locū habeat quo ad substantiam Matrimonii propter eius indissolubile vinculum à consensu procedens: non tamen per hoc excluditur minor, quin restitui in integrum iure debeat, quoties in matrimonio, & aliis spiritualibus læsus esse censetur, quæ vel accidentia sunt, aut semel statuta reparari per in integr. restitutionem possunt: quemadmodū Alber. post alios opinatur in l. 1. C. si adu. do. vbi probatur, minorem restitui in integrum posse ac debere: si circa dotem in contractu matrimonii læsus fuerit. Idem probatur in l. si ex causa. §. 1. ff. de minorib. notat optime Curtius Iunior consil. 5. n. 20. & sequent. Hinc etiam & Alexand. scribit in dict. consil. 80. lib. 7. minorem læsum in iudicio propter matrimonii confessionem, cū alioqui ipsum matrimonium nec semiplene probatum fuerit, restituendum in integrum fore: propter prædictā rationem.

Quarta ratio manifeste tollitur ex eo quod text. in d. cap. dudum. & quod ab ea adnotatum est: intelligenda sunt, vbi agitur de beneficio ecclesiastico, quod quis nondum obtinuit, acquirēdo: tunc etenim de lucro tractatur: at vbi agitur de recuperando beneficio ecclesiastico, quod quis semel obtinuerat, incauteque dimiserat, de damno euitando tractatur. & ideo huius ratione in integrū restitutionis auxilium concedendum est: licet beneficiū alteri sit collatum.

Vltima ratio posset negari, cum & in Permutatione ecclesiasticorum beneficiorū possumus vti remedio. l. 2. C. de rescindend. vendit. vti probare conatur Anton. Burg. in c. cum causa. n. 59. de emp. & vendit. à quo ego libenter dissentio cōmuni opinionem secutus, nō enim video quo pacto possit illius constitutionis decisio permutationi beneficiorū accommodari: cum ex eo quod ibidem tractetur de rebus, pecunia pretio ve æstimabilibus: tum quod in horum beneficiorū ecclesiasticorum permutatione minime conuenit quod in eadem constitutione statuitur de supplendo iustopreio ad libitum, & electionem emptoris, qui poterit si maluerit rem ipsam restituere, & quod dedit accipere, hoc vero nequaquā in hoc, quem tractamus, contractu fieri poterit. Siquidem vera simonia committitur in permutatione beneficij minoris emolumenti in redditibus cum beneficio pingui, si in compensationē reddituum aliquid temporale datur pro æquanda ipsa permutatione secundum Hadrian. quodlib. 9. artic. vlt. versic. ad quintum. nam si temporale non potest commutari cum ecclesiastico beneficio, quod spirituale censetur absque vitio simonia, quod est iure diuino, naturali, & humano satis compertum: nec etiam poterit pecuniā, aliudve temporale dari in permutatione beneficiorum pro æquando vtriusque beneficij valore. Vere etenim datur temporale pro spirituali: nec iuuat quicquā dicere, temporale dari in ea specie pro redditibus alterius beneficij, qui temporales sunt: cū hi redditus ex titulo beneficij, qui spiritualis censetur, percipiuntur: alioqui facile posset persuaderi, licet dari pecuniā pro beneficio ecclesiastico, & absq; vitio simonia, hoc expressim addito, eam pecuniā nō pro sacro titulo, sed pro temporalibus, & profanis redditibus dari, quod à vero longissime abest. vnde nec principaliter, nec accessorie in permutandis beneficiis quicquam temporale intercedere potest. vtrunque enim accedat pecunia, quodve temporale, accedit in pretiū rei spiritualis. Quam ob rem falsum est quod existiment per

cum text. Abb. in cap. ad quæst. de rer. permitt. Ang. in vers. permutatio. §. 6. Caict. 2. 2. qu. 100. art. 4. dicentes licite accedere personam in permutatione beneficiorum ad æquandum ipsum contractum: inæqualem quidem ex eo, quod alterum iniqua videtur: nec probatur in d. ca. quæst. cui conuenit ecclesiarum quo ad earum bona temporalia: non quo ad redderetur. Hadriani sententiam potius, quem Angeli confirmat, cum exigit in duarum ecclesiarum permutatione separati temporalia temporalibus, spiritualia spiritualibus commutari, vt ibi Doctor. communiter adnotant: mansane, vt licet hi contractus fegregentur, si tamen contractus, in quo de temporalibus agitur, ad contractum spiritualium respectū habuerit, vitium ibi adit simonia: quod eleganter animaduertit Dom. consil. 6. His equidē adducit, vt existimem in permutatione beneficiorum ecclesiasticorum non esse locum l. 2. C. de rescind. vend. Quod si dixeris is qui læsus est, agere poterit ad hoc, vt vel sibi reddatur beneficium, quod dimisit, vel cogatur alter ex eodem beneficio iustam pensionē, & æquam constituere ad æquandam permutationem, hoc sane an liceat, possitve hæc pensio absque labe simonia cōstitui, dubium esse censeo: nec mihi placet, nec tuta videtur hæc pensionis constitutio, quod alibi tractabitur. adhuc tamen nihil hoc perinet ad authoritatem superioris pertineat, quam ad priuatum, qui non potest hanc compensationē damni retribuere: & si maxime posset, cogendus nō est ob id, quod hic tractatur de æstimatione beneficij spiritualis, quod iniquū profusū censetur. Fateor tamen, minorem ex simili permutatione contractu læsum, auxilium in integrum restitutionis iuste postulare, vt si reddatur beneficium pingue, quod facilitate ætatis ductus imprudenter ob tenuē sacerdotium dimisit, ex principali quem probauimus assertionē, quæ per prædictā satis defensa videtur: & ea præsertim, ac sine dubio procedat, vbi is, cui beneficiū à minore dimissum fuerit collatum, minorem ad renunciationem induxit: cum in eo casu particeps fuerit deceptionis, quod videretur Cardi. in dict. ca. ex parte. deducere Anton. Burg. in dict. causa. de empio. & vend. num. 60. notat Carol. Molin. in regul. Cancellar. de publ. resig. n. 195. Nec vidi vnquam dubitari in locutionibus reddituum beneficiorum ecclesiasticorum iure minoris ætatis restitutionem læsis concedendam esse: quæ item in eisdem constitutionem dicit. l. 2. de rescind. vend. admittendam fore: frequenter enim in praxi contingit, de restitutionem in integrum concedi, & illius legis beneficio deceptis subueniri.

CAPVT VI.

Ad postulandum in integrum restitutionem, an sit necessarium speciale mandatum.

SVMARIA.

- 1 Restitutio in integrum potest nomine alterius postulari incidenter absque speciali mandato.
- 2 Sufficit ad petendum in integrum restitutionem mandatum speciale in causa, in qua petenda est, non exprimitur.
- 3 Mandatum cum libera administratione habens, non potest petere in integrum restitutionem sine mandato speciali.
- 4 Quid oportet in mandato clausula ratihabitionis, & an ea iudicat speciale mandatum?
- 5 Coniugum in non potest petere, etiam cum cautione de rato in integrum restitutionem & inibi intellectus. l. parti pro filio. ff. de mactat.
- 6 An consors eiusdem læsus possit sine speciali mandato petere in integrum restitutionem? & inibi intellectus capis. consensuum. de in integrum restitutionem.

Multa, variaque sunt in vtroque iure negotia, quæ mandatum exigunt speciale, & ea sane traduntur per gloss. & Docto. in ca. cor. am. de in integrum restitutio. text. gloss. & Franc. cum in cap. qui ad agendum. de procura. in 6. glo. & Felin. in ca. nonnulli. §. 2. colum. 2. de rescript. Angel. Aretin. in §. 2. institutio. de lib. per quos agere possunt. & quibus id modo transtandum erit, an ad petendam in integrum restitutionem sit necessarium speciale mandatum: expressim Iuriconsultus scribit in l. illud. in fin. ff. de minoribus. cui conuenit Pontificum decisio in dicto capitulo cor. am. idem statuit Regia l. 15. titul. 5. part. 3.

notat Panorm. clausulam ratihibitionis in mandato generali scriptam, efficere, vt possit procurator expedire ea, quæ requirunt speciale mandatum. quod etiam Barto. probat in dict. l. procurator, cui. ff. de procurat. Verius tamen est, quod Accurs. notauit in l. si procuratorem absentem. ff. de procur. scribēs, tūctā clausulam nihil saltem ad hoc operari: licet in mandato fuerit expressa: sicuti notant Ange. & Docto. ibi ex ead. gloss. quam singularem esse existimant. idem Angel. in l. si procurator. laf. in l. si indebitam. ff. de condic. indeb. Alex. in l. qui bona. §. si alieno. col. penult. ff. de damn. infect. notant & idem Domin. in d. c. qui ad agendum. laf. in l. si procurator. C. de procurat. idem laf. consil. 134. lib. 3. idem laf. & nouiores in l. transactio. C. de transact. gloff. Imol. & Abb. in c. contingit. de transact. Abb. & Imol. in d. cap. per tuos. optima gloff. cap. cum dilectus. de releg. domib. ea siquidem clausula hunc effectum habet, vt procurator minime teneatur cauere de iudicato soluendo. l. 1. c. de satisf. tamen etiam cautionem præstiturus esset, licet de mandato constaret, vt scribit in l. C. de procurat. vltima opposit. Cum igitur ad hoc & similia promissio ratihibitionis adiciatur mandatis: non est eadem ratio ad extensionem ipsius potestatis mandatario concessæ deducenda. Nec obicit autoritas Bernardi: nam & is statim in fine eiusdem glossæ Palinodiam canit, à proposita opinione discedens. Sic & Barto. in d. l. procurator, cui. hanc questionem tractans, nihil desinens, lectorem remisit ad ea, quæ is scripserat in l. 1. ff. de offic. procura. Casar. vbi idem quod Accurs. not. Quamuis Curt. Iunior & Alciat. in d. l. transactio. aliter velint Bartol. verba interpretari. vnde infero veriore, magisque receptam esse Accursij sententiam, sicuti & Alexan. fatetur in d. l. si procurator. C. de procurat. Illud sane verum est, quodies de mandato speciali dubitatur, posse peti in integrum restitutionem præstita cautione rati. text. in l. quod. si de speciali. ff. de minor. Abb. in c. coram. de in integr. restit. col. 3.

Octauo loco non erit alienum, imo vere congruum inquirere, an consanguineus possit sine mandato hæc in integrum restitutionem petere præstita ratihibitionis cautione, secundum Vlpiani sententiam in l. sed & ha. in princip. ff. de procurat. quæ quid est intelligenda de consanguineis intra quartū gradum, vt intelligunt Bald. & Docto. ibi, quibus accedit Regia l. i. tit. 5. part. 3. & sane in hac specie, quæ tractamus, Iurisconsultus in l. patri pro filio ff. de in verib. censet non esse admittendum præter patrem, aliquem ex consanguineis ad petendam in integrum restitutionem. Quin ex hoc & illud receptum est, in exigentibus speciale mandatum, non esse locum decisioni dict. l. sed & ha. iuxta gloss. in l. exigendi. C. de procurator. quam ibi Docto. sequuntur Felin. in cap. coram. 2. col. de offic. delegat. Abb. & idem Felin. in c. cum M. de consit. vbi Deci. & Ripa hanc opinionem fatetur communem esse. Cui tamē ipse Deci. refragatur ex eo, quod literæ ad lites non possunt absque mandato speciali impetrari, & tamen coniunctus pro coniuncto poterit eas petere, & valide obtinere. text. expressus in c. nonnulli. §. 1. de rescript. nec satis ei respondent, priorē opinionem secuti auctore Decio, dum dicunt in eo casu agi de modico præiudicio: atque ideo licet speciale mandatum requiratur, sufficere ipsum impetrantem coniunctum esse: quia vbiq; modicum vel nullum præiudicium absentis tractatur: cum absq; ratihibitione minime noceat absentis, quod eius nomine coniunctus sine mandato egerit. l. 2. c. quid. res iud. non noc. l. 3. §. 1. ff. iudic. solui. Ego vero comunem sententiam veriore esse opinor, quam ex nouioribus defendunt Ripa in d. c. cum M. n. 60. & Ioan. Crocius. in l. si consil. ff. solut. matrimon. 2. lect. 96. quibus non parum suffragatur text. in l. filius. C. de pact. & in l. qui hominem. §. gener. ff. de solutio. l. non solui. ff. soluto matrimonio. l. qui aliena. §. quamquam. ff. de negot. gest. Deinde illud ipse considero, consanguineos agere posse pro consanguineis sine mandato ex legis dispositione, quæ quidē in eo tantū casu prouidet, quo ad mandatum etiā generale sufficiebat: nec quidquā sanxit in his, quæ mandatum exigunt speciale. d. l. sed & ha. Imo tunc id fieri veruit expresse dict. l. patri. nolens specialem absentis consensum supplere: sat esse existimans in his, quæ possunt mandato generali expediri, præmissa cautione ratihibitionis, ipsos consanguineos pro absentibus admitti. qua ratione perpensa cū Romanus Pontifex in dict. c. nonnulli. §. 1. potius ex rigore, odioq; literas ad lites impetrantiū, quam ex iusta iuris ciuilibus consideratione induxisset, mandatū speciale requiri ad harum literarum interpretationem, æquitate eam decisionem temperans, statuit, hoc mandatū non esse exigendum à consan-

guineis, nec ab his, qui sine mandato agere possunt. Constat enim in praxi, eum rigorem ita temperatū esse, vt nec ab extraneis mandatū speciale exigatur ad harum literarū impetrationem, sicuti testantur gloss. in dict. c. nonnulli. §. vltimo. & Callador. decisio. 1. de procuratorib. in fin. Quo fit, vt minime congrua sit Docto. responsio, quæ dicitur in dict. §. vltimo. ideo admitti coniunctos in exigentibus mandatū speciale, quod ea res parui esset præiudicij: nec enim ita solet præiudicium inferre ei, cuius nomine petitur: & tunc coniuncti absentis eas postulari absque speciali mandato: multo minus mihi placet, quod communem sententiam defendens scribit Ioan. Croc. in dict. l. si consil. dicens nequaquā probari in dicto §. vltimo. posse literas ad lites impetrari à consanguineis sine mandato: sed tantum illud iudicium, coniunctū eas sine mandato, coniunctū nomine impetrantem, falsū vitium euadere. Nam hanc considerationem verba dict. §. vlti. excludunt in hunc, qui sequitur, modum. Sancimus, vt si aliquis super aliqua questione de cetero sine speciali mandato domini literas Apostolicas impetrare præsumperit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur: nisi forte de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum. Hactenus decretalis constitutio: ex qua manifeste constat, literas Apostolicas ad lites posse tuto, & valide impetrari ab his, à quibus de iure necessario mandatū non exigitur: nec esse mandatū ad hanc impetrationem exigendū ab his, qui de iure sine mandato agere possunt: deducitur ergo etiam ab his, in integrum restitutionem nequaquā posse peti absque mandato speciali, etiam ab eo, qui coniunctus est: id vere probari in dict. l. patri pro filio. Cui minus apte satisficere conatur Deci. in dict. c. cum M. dicens ibidem non probari communem Docto. opinionem, cuius inductio apparet ex intellectu verborum Iurisconsulti ita scribentis: Patri pro filio omnimodo præstata restitutio est, licet filius restitui nolit: quia patris periculum agit, qui de peculio tenetur: ex quo apparet, ceteros cognatos, vel affines alterius esse conditionis: nec aliter audire oportere, quam si ex voluntate adolescentis postulerit, aut eius vite sit ille adolescentens, vt merito etiam bonis ei debeat interdici. Ex his sane verbis Dec. existimat sufficere adolescentis tacitam voluntatem, quæ à lege præsumitur: cum ex ea voluntate tacita, admittat lex ipsa cognatos, iuxta text. in dict. l. sed & ha. vnde pater potest etiam filio contradicente restitutionem istam petere: ceteri vero cognati minime poterunt ipso adolescente innito: bene tamen admittentur ipso absente: nec expressim contradicente ex voluntate eius tacita: & à iure præsumpta. atque ita Decius Iurisconsulti verba subtiliter interpretatur. verum hæc interpretatio refellitur plane ab Accursio omnium consensu probato, qui voluntatem expressam exigat, nec tacitam sufficere, palam asseuerat. Præterea absentis & ignorantis nulla est voluntas tacita, vbi expressa deficit: is enim qui absens est, nec consensum expressim præstitit: tacite consentire non videtur. Nam vt consentire quis tacite videatur, requiritur presentia. l. qui patitur. ff. manda. vel scientia text. insignis in l. 2. §. vlt. ff. solut. matrimo. qui probat filiam absentem, nec tamen furiosam, dementemve, minime tacite consentire, vt pater dotem exigat. ita siquidem scriptum est: vbi enim sapit, scire eā exigimus, vt videatur non contradicere. Superest tamen perpendere, num in c. constitutum. de in integrum restitutio. probetur quidquam, quod huic receptæ sententiæ præiudicet. Nam & ibi frater pro fratre restitutionem in integrum postulat, nec in eo capite mentio fit specialis mandati. Sed & Panormitan. ibi. col. vltim. ex aliorum mente scribit, mandatū speciale fratrem illum habuisse: nec hie intellectus abhorret à veritate: siquidē in his Decretalium concisis decisionibus non semper mentio fit omnium, quæ ad rigorem processus, & ordinis iudicialis exiguntur, quod frequentissime contingit. Sed & gloss. in dict. c. constitutum. adnotauit, eam restitutionem non potuisse peti sine alterius fratris mandato speciali. Ceterum ex nouioribus quidā, & is eruditione insignis in relectione dict. c. constitutum. aliter eam decisionem intellexit, expresse opinatus, eum fratrem ideo admissum fuisse sine mandato ad petendam in integrum restitutionem, quod consors esset litis: quod etiam Felin. notauit post alios in cap. coram.

Handwritten marginal note:
 Nota Panorm. par. in d. cap. per tuos. optima gloff. cap. cum dilectus. de releg. domib. ea siquidem clausula hunc effectum habet, vt procurator minime teneatur cauere de iudicato soluendo. l. 1. c. de satisf. tamen etiam cautionem præstiturus esset, licet de mandato constaret, vt scribit in l. C. de procurat. vltima opposit. Cum igitur ad hoc & similia promissio ratihibitionis adiciatur mandatis: non est eadem ratio ad extensionem ipsius potestatis mandatario concessæ deducenda. Nec obicit autoritas Bernardi: nam & is statim in fine eiusdem glossæ Palinodiam canit, à proposita opinione discedens. Sic & Barto. in d. l. procurator, cui. hanc questionem tractans, nihil desinens, lectorem remisit ad ea, quæ is scripserat in l. 1. ff. de offic. procura. Casar. vbi idem quod Accurs. not. Quamuis Curt. Iunior & Alciat. in d. l. transactio. aliter velint Bartol. verba interpretari. vnde infero veriore, magisque receptam esse Accursij sententiam, sicuti & Alexan. fatetur in d. l. si procurator. C. de procurat. Illud sane verum est, quodies de mandato speciali dubitatur, posse peti in integrum restitutionem præstita cautione rati. text. in l. quod. si de speciali. ff. de minor. Abb. in c. coram. de in integr. restit. col. 3.

quod officio delegat. eundem intellectum facile admitterent Decius & Ripa in dict. cap. cum M. numero 58. quippe qui aduersus Panorm. opinentur, consortem sine mandato esse admittendum etiam in his, quae mandatum requirunt speciale inducentes optimus text. in *Clem. religiosus. de procur. ex qua apparet* abique licentia Abbatis posse religiosum esse procuratorem pro consorte litis: tamen si alioquin non posset religiosus pro consorte agere, non est mandatum necessarium: quod ante litis contestationem petebatur in integrum restitutum. Secundo quod Abb. & Felin in d. cap. cum M. negant consortem litis, etiam lite contestata admittendum esse, sed ea quae speciale mandatum requirunt, hoc probantes nec eo quod nec coniunctus admittatur, qui maiorem potentiam a lege habere censetur: cum is agere possit etiam sine non duntaxat contestata. nec obicit *Clem. religiosus*. quae id tantum probat; religiosum pro consorte admittendum sine licentia Abbatis: non tamen ad ea, quae exigunt speciale mandatum quibus sane perperis, non procedit placere, & abique controuersia predictis intellectus, nisi dixerint coniunctum maxime fratrem simul & consortem litis, et ante litis contestationem admittendum esse ad petendam in integrum restitutionem.

Nono erit aduertendum, tutorem curatorem, & eononiam praelatum, ac ceteros habentes administrationem alieni patrimonii, abique mandato speciali, restitutionem in integrum postulare posse: quemadmodum notant Innoc. Abb. num. 6. & alii *Communiter in cap. suscitata. de in integrum rest. argum. l. si actor. Cod. de appell. nam & hi sine mandato speciali iuramentum calumniae praestant. text. & ibi Bar. Communiter receptus in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. iur. and. propter calum. Abb. & omnes in cap. Imperatorum. de iur. iur. calu. gl. vlt. ab in d. recepta in cap. pertractanda. eo in Regia l. 24. tit. 11. part. 3.*

Decimo adnotandum est, non esse necessarium speciale mandatum ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum: licet ad eam tractandam, & ipsam restitutionem petendam ex praemis tale mandatum exigatur. Innoc. & Abb. in dicto c. suscitata numer. 5. *Cassador decisi. 2. de procurat. Argiluis de Billanera decisi. 273. optimus text. in l. qui proprio. §. item quartus ff. de procur. secundum vltimum intellectum gloss. ibi, quam Paul. Castrensi post alios sequitur:*

CAPVT VII.

De praelatione Hypothecae vxori pro dote competens.

SUMMARI A.

1. Dotali Hypotheca, tacita vel expressa, quando prioribus hypothecis praefertur.
2. Prior dotali Hypotheca etiam tacita praefertur expressa posteriori, etiam ratione manus ad restitutionem, vel emptionem rei competenti, & inibi intellectus l. licet C. qui pot. in pigno habeant.
3. Pignus emptum ex pecunia ad eius emptionem expressim mutata, non est pro eius solutione pignori obligatus.
4. Hypotheca dotalis, si dos vere numerata non sit quid operetur Dispositus late intellectus gloss. in l. asiduis cod. qui potest. in pign. habet an ea constituta licet non habeat in dote, cuius numeratio sola confessione mariti praebetur.
5. Confessio dotalis recepta emissa matrimonio constante, ubi praesumitur probris donationis facta, non confirmatur iuramento & ibi quid de praesumptione dotalis solvendi iuramento stabilita.
6. Traduntur tres, aut quatuor casus, in quibus confessio dotalis recepta veram numerationem saltem praesumptione probat.
7. Etiam factis creditibus competens ius renouandi ea. quae in dorum fraudum facta fuerunt.

Stadeo frequens forensia tractantibus, pignorum & Hypothecarum perfectio, praesertim earum, quae vxoribus ad dotem consequendam iure competunt: vt nec alienum ab instituto, nec prorsus inutile sit aliqua haec de re, quae sapienter in cognitionem incidunt, veluti quoddam compendio explicare: prius traditis his quae generalia sunt & solent certis quibusdam distinguunt adfectionibus quarum prima & praecipua est: Vxor pro restitutione dotalis taci-

tam hypothecam habet: a lege, inquam, inductam in omnibus mariti bonis l. vnica §. & vt plenius. *Cod. de rei vxor. §. fuerat Inst. de adio. c. ex literis de pig.* & licet idem ius maritus habeat pro consequenda dote eidem promissa: hanc partem hoc in loco, vt minus frequentem omitemus, primam propositionem ad bona quae paraphernalia dicuntur extendentes: nam si maritus haec bona administrauerit, pro eis recuperandis vxor tacitam hypothecam habet l. vbi adhuc. C. de iure dot. & ibi gl. l. vlt. de pact. conue. vbi hoc Dd. passim adnotarunt. Quibus accedit Iaf. in d. §. fuerat n. 41. Regia l. 17. tit. 11. part. 4 quod iure verum est: modo intelligamus hanc hypothecam quo ad bona ista paraphernalia non inesse cum priuilegio praelationis gl. in l. si ego in verbo, sed condici. ff. de iure dot. quam existimant Singul. esse, cum secuti Alex. cons. 36. li. 6. col. 2. Cremenfis sing. 145. Commendant idem Alex. & Iaf. in l. maritus C. de procur. lo. Campe. de dote 1. par. q. 8. Dec. cons. 71. Sali. in l. asiduis §. vlt. C. qui pot. in pign. habeant. Anto à Fanq. de pig. 2. parte. membro 4. n. 63. ex quibus hanc Opinionem Communem esse opinor: sic denique est intelligenda gl. in dicto c. ex literis verb. obligata quae negauit vxorem quantum ad paraphernalia ius taciti pignoris habere.

Eodem pacto est accipiendum, quod scribit gl. in dicto c. ex literis & in §. fuerat nempe vxorem pro consequenda donatione propter nuptias, quoties eam sibi acquirerit, minime posse vt iure tacite hypothecae id etenim procedit quo ad priuilegium praelationis: siquidem simpliciter etiam in hoc casu tacitam hypothecam vxor habet, sicut ex l. 2. C. de bonis, quae liber. obseruant Innoc. Abb. & alii *Communiter in dicto c. ex literis Iaf. in dicto §. fuerat. nu. 40. & ibi Zafius nu. 14. Ant. Fanen dicto membro 4. & n. 64. opti. text. in dicto l. vbi adhuc sensu gl. in dicto l. asiduis e verbo, suo tem. quamuis Lud. Gomez in dicto §. fuerat n. 39. contendat, nec simplicem hypothecam vxori pro donat. propter nup. consequenda iure competere illud vero proculdubio certi iuris est, vxorem agentem ad dotem, posse ius tacite hypothecae cum praelationis priuilegio exercere in bonis propter nuptias donatis, secundum Innoc. Abb. & Dd. in d. c. ex literis & Fanensis, in d. nu. 64.*

Secunda conclusio: Hypotheca tacita pro restitutione dotalis vxori a lege concessa, praefertur priori, eidem tacite hypothecae. in dicta l. asiduis. dicto §. fuerat. glo. per textu inibi in dicto c. ex literis Regia l. 33. parte 5. idemque priuilegium expressae dotali hypothecae competere vt priori tacitae praefertur, tradit Sali. in d. l. asiduis. in princ. quem sequitur Ant. Fanen d. 4. membro, nu. 99.

Tertia conclusio: Hypotheca tacita pro dote competens non praefertur priori expressae glo. in d. §. fuerat. *Communiter ibidem receptum secundum Iaf. n. 72. Ludo. Gomez. nu. 27. Zafius n. 24. similis glo. in dicto l. asiduis. & in dicto c. ex literis. quarum opinionem communem esse fatentur eam secuti Bal. Nouel. de dote 10. parte col. 1. Anto. Fanen. dict. 4. membro n. 98. disputant hac de re latius Abb. & Barba. in dicto c. ex literis. lo. Ign. in q. an Rex Fran. n. 138. optime Ioan. Coraf. in l. qui liberos. ff. de ritu. nup. nu. 117. quod ipse omittendum esse duxi propter legem Regiam 33. tit. 13. par. 5. quae hanc communem sententiam probat: & quia ea verior mihi semper visa fuit.*

Quarta conclusio: Hypotheca tacita pro dote vxori competens praefertur expressae posteriori. Bald. Angel & Salicet. in dicto l. asiduis. Dynus in regul. qui prior. de reg. iur. in 6. n. 12. vbi hoc ipsum existimant procedere in priuatis nullum habentibus priuilegium praelationis ratione tacitae hypothecae eis a iure concessae ex li. i. C. rem alie. gerent. idem opt. not. Nico. Boerius in additionibus ad Dyn. Alex. cons. 56. n. 5. li. 7. Ant. à Fanen. in d. membro. 4. n. 97. & probatur hoc ipsum argumento à sensu contrario in d. l. Regia 33.

Quinta conclusio: Hypotheca expressa pro dote competens nequaquam praefertur expressae priori. Siquidem hypotheca dotalis praefertur praelationem habet respectu prioris hypothecae tacitae, non prioris expressae: quod sensit gloss. in dicta l. asiduis vbi expressim hoc tenet Salicet. colu. 2. Socin. in l. 1. col. vlt. ff. soluto matrim. & ibi Rib. 2. col. Ant. Fanen. in dicto membro 4. n. 102. Io. Coraf. in dicta l. qui liberos nu. 117. probatur hoc in reg. qui prior. de reg. iur. Cui tantum derogatum est in hypotheca tacita vel expressa respectu prioris tacitae, non autem in hypotheca etiam expressa respectu prioris expressae: atque ita hanc opinionem communem esse fatentur Soci. Ripa, Fanensis, Corafius in dictis locis & Iafon in d. l. col. 2. lectio. 2. tamen ipse contrarium probare, & defendere conetur, sequutus Ang. Perulinum in *Auib. de equa dot. §. si consequens. quo*